

## Epigramma.

*IN PVBLII TERENCE AERI CO-  
mœdias, per Clarissimos Scholæ Annæ Primarios  
germanicâ translatione donatas, & per Lite-  
ratissimum Virum, Dn. Bernhardum Heu-  
poldum, ejusdem Scholæ præceptorem  
Vigilantissimum Typis exhi-  
bitas.*

**N**on ovû magis esse reor conformius ovo,  
Nec cygnum cygno, aut æthiopem  
æthiopi:

Quàm similis solet esse Scholæ comœdia Ludæ  
(Ludus enim haud frustra dicitur esse Schola)

Nam veluti varias ostentat fabula formas,

Quas Systema Vagi totius orbis habet,

Nûc prodit Medicus, modò Doctor, siue Sacerdos

Nunc Rex progreditur, qui modò Codicis erat

Sic quoq; Gymnasij Ludus præstantior illo,

Formarum perquàm fertilis esse solet.

Bartolus hinc prodit cû Baldo, presbyter, & Rex,

Hinc est Oedipodes, qui modò Davus erat,

Rectè igitur BERNHARDE tuæ, venerande,  
juventæ

Consulis, & Ludum quâ decet arte juvas.

Comica Teutonico Latij quia scripta Terenti